Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26336
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Runcea. dea runcationis. Rupes. scopuli. saxa ingentia. Rus
vel rura. terra dicimus. Russum. rubeum. Russatum. rubefactum. Russans.
rubescens. Ruscus. fruticis genus spinosum. Rusticus. operarius. Rusti
canus. pater familias. Rutilare. cum pallore splendere. Rutilus
clarus. splendidus. Rutilantior. splendidior. Rutuli. gens italie.
Runcina. qua herbe auelluntur ferramentum. Rubigo. proprie uicium obscene
libidinis quod ulcus uocatur.

Sabini. a sabino uocati. Sabina. genus ligni similans iuniperum.
Saccatum. liquor aqua fece uini admixtus vel sacco expressus. Sacer.
vel uenerandus vel execrandus. Sacra. religiones pluuinaria. Sacrarita. qui in
ecclesia gerunt. Sacrarium. locus ubi sacra reponuntur. Sacrificium. quicquid in ara
deo sacratur. Sacrilegium. sacri loci uiolatio. Sacrum est quod ad deum pertinet. Sanctum.
quod aliud sanctificat. Satio. quasi seminis actio. Saphirus. lapis etherei co
loris. Saphicum metrum. sapho condidit. Saphon. funis in prora positus.
Sagax. prudens vel eloquens. Sagus. acutus perspicax. Sagina. pinguedo. Sa
ginatus. corpulentus. Salacia. dea maris a salo. Salamandra. ser
pens in igne uiuens. Salebra. inequalis uia. vel lapidosa. Salebrosus. asper
inequalis. Sales. lepores. urbanitates. Salictum. ubi salices nascuntur.
Salinum. uas aptum salibus. Salisatores. ex membrorum saltatione vel prospera sibi
vel aduersa euenire putantes. Saliunca. genus herbe que erat esset. Sali
uncula diminutiuum. Salum. mare. Salmentum. piscium confectio. Salsa
menta. omnis res salse. Salonas. urbs florentissima dalmatie. Sal
pix. tuba. Salpislo. tubicino. Salpicta. tubicinator. Salsus. cor
datus dicax. Saltus. saltatio. Saltus. silua quod arbores ibi in altum exi
liant. Saltuosum. siluosum. Saluber. ad locum refertur. Salutare. ad
consilium. Sambuca. genus simphonie. Samia. sibylla. a samo insula.
Samotracii. anulus aureus. capitulo ferreo a loco uocatur. Sancire
decernere. constituere. Sandapila. feretrum in quo mortui ponuntur.
Sandix herba unde uenetus color fit. Sandicenum confectio ueneti
coloris.